E L E N C H U S,
A P P E N D I C I S
C E N T I F O L I Æ.

Ubi Numerus Paginam demonſtrat.

CENTUM ASSERTIONES
S E L E C T Æ

Ex Univerſa Theologia. pag. 277

Ex I. Libro Sententiarum de DEO Uno, & Trino, ac Beatitudine.

ASſertio I. Exiſtentia DEI à poſteriori demonſtrari poteſt. ib.
Aſſertio II. Ratio ultimò conſtitutiva, & diſtinctiva eſſentiæ Divinæ eſt ipſius exiſtentia eſſentialis. ibid.
Aſſertio III. Inter Eſſentiam divinam, & Attributa Divina datur Diſtinctio Scotiſtica. ibid.
Aſſertio IV. Immutabilitas Divina excludit à DEO receptionem relationis realiter diſtinctæ. 278
Aſſertio V. Res temporales non coextiterunt Phyſicè Æternitati DEI. ibid.
Aſſertio VI. Ideæ Divinæ ſunt ipſæmet Creaturæ à DEO præconceptæ ut factibiles. ibid.
Aſſertio VII. DEUS novit futura libera abſoluta in ſua Eſſentia, ſuppoſito ſuo libero decreto de eorum futuritione. ibid.
Aſſertio VIII. Dictum Decretum non eſt Phyſicè prædeterminans. ibid.
Aſſertio IX. Dictum Decretum eſt concomitans voluntatem creatam determinando. ibid.
Aſſertio X. Non datur in DEO ſcientia media. ibid.
Aſſertio XI. Omnipotentia Divina eſt ipſa voluntas Divina volitioni Divinæ efficaci ſubordinata. 279
Aſſertio XII. DEUS habet veram, & ſinceram voluntatem ſalvandi omnes homines. ibid.
Aſſertio XIII. Prædeſtinatio efficax Electorum ad gloriam facta eſt ex prævifis eorum meritis. ibid.
Aſſertio XIV. Prædeſtinatio ad gloriam ordine intentionis facta eſt ante præviſa merita, ordine tamen Executionis præſupponit merita. ibid.
Aſſertio XV. Reprobatio poſitiva facta eſt propter præviſa demerita. 280
Aſſertio XVI. Proceſſiones Divinæ non ſunt intellectio, & volitio eſſentialis, ſed actus notionales, ſcilicet Dictio Verbi, & Spiratio activa Spiritus Sancti. ibid.
Aſſertio XVII. Perſonæ Divinæ formaliter conſtituuntur, & diſtinguuntur per proprietates Perſonales Relativas. ibid.
Aſſertio XVIII. Præter Paternitatem, Filiationem, & Spirationem Paſſivam in SS. Trinitate datur etiam Spiratio activa. ibid.
Aſſertio XIX. Relationes Originis formaliter non dicunt Perfectionem ſimpliciter ſimplicem. ibid.
Aſſertio XX. Datur in Divinis etiam ſubſiſtentia abſoluta, Naturæ Divinæ conveniens, ut præſcindit à Perſonalitatibus. ibid.
Aſſertio XXI. Proceſſiones Divinæ non præſupponunt cognitionem Creaturarum. 281
Aſſertio XXII. Proceſſio Filii eſt generatio, & non Proceſſio Spiritus Sancti, quia Filius procedit per intellectum naturaliter, & Spiritus Sanctus per voluntatem liberè, libertate eſſentiali, non contingentiæ. ibid.
Aſſertio XXIII. Filiatio, & non Spiratio activa eſt ratio formalis prima, & eſſentialis diſtinctiva Filii à Spiritu Sancto. ibid.
Aſſertio XXIV. Oculus corporeus nequit elevari ad videndum DEUM. ibid.
Aſſertio XXV. Poſſibilis eſt ſpecies impreſſa Divinæ Eſſentiæ. ibid.
Aſſertio XXVI. Lumen gloriæ de facto neceſſariò requiritur in Beatis ad eliciendam Viſionem Beatam, de potentia tamen Dei abſoluta poteſt intellectus creatus ſine lumine gloriæ ſibi intrinſeco elevari ad Viſionem Beatam per ſolum concurſum DEI extrinſecum. 282
Aſſertio XXVII. Per potentiam DEI abſolutam poteſt videri Eſſentia Divina ſine Perſonalitatibus, & Attributis. ibidem.
Aſſertio XXVIII. Beatitudo formalis conſiſtit eſſentialiter in viſione, & fruitione Beatifica principaliùs tamen in fruitione. ibid.

Ex II. Libro Sententiarum, de Angelis, Statu Innocentiæ, Peccatis, Gratia, Juſtificatione, Merito, & Legibus.

Aſſertio XXIX. Non repugnat dari plures Angelos ſolo numero differentes. ibid.
Aſſertio XXX. Angeli non ſunt in Loco per ſuam operationem. ibid.
Aſſertio XXXI. Angeli juxta ſuam puram naturam conſiderati potuiſſent peccare in primo inſtanti ſuæ Creationis. 283.
Aſſertio XXXII. Angeli naturaliter poſſunt cognoſcere ſecreta cordium. ibid.
Aſſertio XXXIII. Potuit DEUS Adamum creare in ſtatu naturæ puræ. ibid.
Aſſertio XXXIV. Adam in ſtatu innocentiæ priùs potuit peccare venialiter, quàm mortaliter. ibid.
Aſſertio XXXV. Cum ſolo originali peccato defuncti non patiuntur pœnam ſenſus. ibid.
Aſſertio XXXVI. Beatiſſima Virgo Maria eſt concepta ſine peccato originali. ibid.
Aſſertio XXXVII. B. V. Maria non habuit debitum proximum contrahendi peccatum originale. ibid.
Aſſertio XXXVIII. De ratione peccati eſt eſſe contra Legem. 284
Aſſertio XXXIX. Formalis malitia peccati actualis eſt privatio debitæ rectitudinis. ibid.
Aſſertio XL. Peccatum habituale eſt reatus ſeu dignitas ad pœnam ut orta immediatè ex peccato actuali. ibid.
Aſſertio XLI. Poſſibilis eſt omiſſio pura libera. ibid.
Aſſertio XLII. Omiſſio pura libera poteſt eſſe peccaminoſa ibidem.
Aſſertio VLIII. Si tempore omiſſionis actus præcepti ſit impotentia illum faciendi, peccatum omiſſionis contrahitur tunc, quando liberè ponitur ejus cauſa cum præviſione ſecuturæ omiſſionis. ibid.
Aſſertio XLIV. Peccatum mortale in ratione offenſæ DEI non eſt intrinſecè, & ſimpliciter infinitum, ſed tantùm extrinſece, & ſecundùm quid. 285
Aſſertio XLV. Peccatum veniale conjunctum mortali non punitur in inferno pœna æterna. ibid.
Aſſertio XLVI. Sine fide, gratia habituali, & actuali poteſt homo lapſus facere aliqua opera moraliter bona ordinis naturalis. ibid.
Aſſertio XLVII. Homo poteſt cum gratia Divina, quæ nulli deeſt, omnia DEI præcepta obſervare. ibid.
Aſſertio XLVIII. DEUS dat omnibus hominibus gratiam ſufficientem ad ſalutem. ibid.
Aſſertio XLIX. Gratia Divina non neceſſitat voluntatem humanam ad bonum; nam voluntas gratiæ reſiſtere poteſt. ibid.
Aſſertio L. Gratia, & Charitas habitualis ſunt idem realiter habitus. 286
Aſſertio LI. Juſtificatio eſt effectus formalis gratiæ ſanctificantis, non ex natura rei, ſed ſolùm moralis, & ex ordinatione Divina. ibid.
Aſſertio LII. Gratia ſanctificans materialiter ſpectata, & peccatum mortale poſſunt ſtare ſimul de potentia DEI abſoluta. ibid.
Aſſertio LIII. Peccatum mortale poteſt DEUS de ſua potentia abſoluta remittere ſine infuſione alicujus qualitatis. ibid.
Aſſertio LIV. Sola fides non juſtificat. ibid.
Aſſertio LV. Contritio, & Amor DEI ſuper omnia non juſtificant formaliter, ſed tantùm diſpoſitivè. 287
Aſſertio LVI. Ultima diſpoſitio ad gratiam ſanctificantem non procedit effectivè ab eadem. ibid.
Aſſertio LVII. Opera bona ſunt vitæ æternæ meritoria, & ad eam conſequendam Adultis neceſſaria. ibid.
Aſſertio LVIII. Eccleſia habet poteſtatem Legislativam ad condendas Leges in conſcientia obligantes, poteſtque judicare, ac punire tranſgreſſores. ibid.

Ex III. Libro Sententiarum, de Incarnatione Verbi Divini virtutibus Theologicis, & Moralibus.

Aſſertio LIX. Uno Hypoſtatica eſt realiter diſtincta à Verbo Divino, & humanitate. ibid.
Aſſertio LX. Verbum Divinum fuit immediatè unitum Sanguini exiſtenti in corpore Chriſti, & effuſo in Triduo mortis ejus. ibid.
Aſſertio LXI. Humanitas Chriſti exiſtit exiſtentia propria creata. 288
Aſſertio LXII. Chriſtus ut Homo eſt verus filius B. V. Mariæ, per filiationem creatam. ibid.
Aſſertio LXIII. Anima Chriſti per ſcientiam Beatam cognovit ſaltem habitualiter omnia in Verbo Divino, quæ novit verbum Divinum. ibid.
Aſſertio LXIV. Anima Chriſti fuit Sancta formaliter per gratiam habitualem ſanctificantem creatam. ibid.
Aſſertio LXV. Gratia ſanctificans animam Chriſti fuit ſumma de potentia DEI ordinaria; potuiſſet tamen de potentia DEI abſoluta adhuc intendi. ibid.
Aſſertio LXVI. Cauſa phyſica proxima impeccabilitatis Chriſti fuit ejuſdem beatitudo. ibid.
Aſſertio LXVII. Meritum Chriſti non fuit ſimpliciter, & intrinſecè infinitum, ſed tantùm extrinſecè, & ſecundùm quid. ibid.
Aſſertio LXVIII. Chriſti ſatisfactio pro noſtris peccatis erat actus Juſtitiæ, non tamen rigoroſæ. 289
Aſſertio LXIX. Chriſtus adhuc veniſſet vi præſentis Decreti, etiamſi Adam non peccaſſet. ibid.
Aſſertio LXX. Unica tantùm fides eſt Salvifica. ibid.
Aſſertio LXXI. DEUS ſub ratione primæ veritatis in revelando eſt objectum formale fidei Divinæ. ibid.
Aſſertio LXXII. Cum evidentia revelantis poteſt conſiſtere fides infuſa circa rem revelatam. ibid.
Aſſertio LXXIII. Sacra Scriptura continens libros à Concilio Tridentino Seſſ. 4. ſpecificatos in veteri vulgata latina editione eſt verum Verbum DEI. 290
Aſſertio LXXIV. Præter Verbum DEI ſcriptum datur etiam Verbum DEI non ſcriptum, ſeu traditum. ibid.
Aſſertio LXXV. Sola Romana Eccleſia eſt vera DEI, & Chriſti Eccleſia. ibid.
Aſſertio LXXVI. Vera Chriſti Eccleſia debet eſſe viſibilis. ibidem.
Aſſertio LXXVII. Vera Chriſti Eccleſia durabit uſque ad finem mundi. ibid.
Aſſertio LXXVIII. Vera Eccleſia Chriſti eſt infallibilis in decidendis fidei Articulis. ibid.
Aſſertio LXXIX. Pontifex Romanus eſt verus Chriſti Vicarius, ſucceſſor Petri, & caput viſibile veræ Eccleſiæ DEI, & Chriſti. 291
Aſſertio LXXX. Summus Pontifex eſt ſupra Concilium. ib.
Aſſertio LXXXI. Summus Pontifex ex Cathedra loquens eſt infallibilis in ſuis definitionibus circa materiam fidei, & morum etiam extra Concilium. ibid.
Aſſertio LXXXII. Eſt de fide, Innocentium XIII. eſſe verum Summum Pontificem. ibid.
Aſſertio LXXXIII. Amor Viæ, & Amor Patriæ differunt ſpecie. ibid.
Aſſertio LXXXIV. Non dantur virtutes Morales per ſe infuſæ. 292
Aſſertio LXXXV. Duorum in ſolidum Dominium eſſe non poteſt. ibid.
Aſſertio LXXXVI. Simplex uſus facti nullum eſt Dominium. ibid.

Ex IV. Libro Sententiarum de Sacramentis in Genere, & Specie.

Aſſertio LXXXVII. In ſtatu Innocentiæ, ſi perſeveraſſet, non fuiſſent inſtituta Sacramenta. ibid.
Aſſertio LXXXVIII. Remedium Legis naturæ contra peccatum Originale erat Sacramentum propriè dictum. ibid.
Aſſertio LXXXIX. Circumciſio erat propriè dictum Sacramentum. ibid.
Aſſertio XC. Sacramenta novæ Legis cauſant gratiam ſanctificantem non phyſicè, ſed moraliter. 293
Aſſertio XCI. Sacramentum Euchariſtiæ formaliter, & in recto ſolas ſpecies importat, connotat tamen corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ipſis contenta. ibid.
Aſſertio XCII. Aqua vino mixta in Calice, mediatè tantùm convertitur in ſanguinem Chriſti. ibid.
Aſſertio XCIII. Actio Tranſubſtantiativa eſt ſolùm adductiva, non productiva. ibid.
Aſſertio XCIV. Chriſtus abſolutè potuiſſet priùs exiſtere in Sacramento Euchariſtiæ definitivè quàm in utero B. V. MARIÆ circumſcriptivè. ibid.
Aſſertio XCV. Laicis non debetur ex præcepto Chriſti Communio ſub utraque ſpecie. ibid.
Aſſertio XCVI. Peccatum mortale de abſoluta DEI potentia poteſt remitti ſine pœnitentia. 294
Aſſertio XCVII. Jure Divino ad remiſſionem peccatorum mortalium poſt Baptiſmum commiſſorum neceſſaria eſt eorum ſpecifica, & numerica confeſſio Sacerdoti facienda. ibid.
Aſſertio XCVIII. Datur purgatorium. ibid.
Aſſertio XCIX. Miniſtri veræ Chriſti Eccleſiæ debent vocari, & ordinari à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopis non à Laicis. ibid.
Aſſertio C. Vinculum Matrimoniale quà tale poteſt independenter à conſenſu viri, & fœminæ induci auctoritate Divina inter ipſos. ibid.
Coronis Appendicis Centifoliæ, ſeu Rationes, & Motivæ quinquaginta, cur quis ſecuriſſima Conſcientia debeat in fide Catholica vivere, & mori, & omnes alias Sectas deſerere. 297.

E L E N C H U S,
A P P E N D I C I S
ALPHABETICÆ.

Ubi Numerus Paginam deſignat.

APPENDIX ALPHABETICA,

IN qua Bullæ, & Conſtitutiones Pontificum in Supplementis noſtris citatæ per extenſum referuntur. pag. 299
Altare Privilegiatum. Declaratio Alexandri VII. & Clementis IX. circa Altaria Privilegiata. ibid.
Item Innocentii XI. 300
Beati. Decretum ſuper cultu Beatis adhuc non Canonizatis præſtando. ibid.
Bulla Cœnæ Domini ex integro adducitur. 301
Caſus Reſervati Regularium. Decretum Clementis VIII. ſupra caſum reſervatione ab omnibus Regularium Superioribus obſervandum. 304
Clauſura Monaſteriorum. Decretum Gregorii XIII. de Clauſura Monialium. ibid.
Communio Quotidiana. Decretum Innocentii XI. circa Communionem quotidianam. ibid.
Confraternitas. Bulla Clementis VIII. Circa inſtitutionem Confraternitatum. 305
Decreta Sacræ Congregationis Rituum. 307
Eccleſiarum Ornamenta. Decretum Innocentii XI. Circa Ornamenta Eccleſiarum Fratrum Minorum. 311
Exercitia Spiritualia. Decretum Alexandri VII. Circa Indulgentias ea per octo dies peragentibus conceſſas. ibid.
Feſtum Immaculatæ Conceptionis B. V. MARIÆ præcipitur celebrandum à Clemente XI. 311. & 312
Immunitas Eccleſiaſtica Localis, ſeu Jus Aſyli. Conſtitutio Gregorii XIV. de Immunitate Eccleſiaſtica Locali, ſeu de Jure Aſyli. 312
Indulgentiæ. Bulla Pauli V. Regularibus conceſſas indulgentias revocantis, & novas concedentis. 313
Indulgentiæ conceſſæ Archi-Confraternitati Chordigerorum S. Franciſci Seraphici à Paulo V. per Bullam, *Nuper Archi-Confraternitati*. 314
Indulgentiæ conceſſæ pro feſtis Ordinis S. P. N. Franciſci Seraphici à Sixto V. per Bullam: *Cùm à primæva*. 315
Indulgentia conceſſa pro feſto Portiunculæ extra Aſſiſium à Gregorio XV. per Bullam: *Splendor Paternæ Gloriæ*. ibid.
Indulgentia Portiunculæ Aſſiſiatenſis non ſuſpenditur in Anno Jubilæi. Ex Bulla Innocentii XII. quæ incipit: *Cum ob Sacri*. ibid.
Indulgentiæ Portiunculæ poteſt applicari pro Defunctis ex Bulla Innocentii XI. quæ incipit: *Aliàs felic. Record.* 315. & 316.
Indulgentia Portiunculæ poteſt obtineri toties, quoties ſecunda die Auguſti viſitatur Eccleſia Franciſcanorum, ex

Decreto S. Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum. ibid.
Indulgentiæ conceſſæ pro Feſtis SS. Joannis à Capiſtrano, & Paſchalis Baylon ex Ordine noſtro Seraphico, ab Alexandro VIII. Bulla *Redemptoris*. ibid.
Indulgentiæ conceſſæ obeuntibus viam Crucis, ſeu montem Calvariæ à Franciſcanis erectum, ab Innocentio XII. Bulla: *Sua nobis*. 316. 317
Indulgentiæ Terræ Sanctæ. Confirmatio earundem à Clemente X. Bulla: *Piis Chriſti*. 317
Indulgentiæ Roſariorum, & Crucum Jeroſolymitanarum conceſſæ ab Innocentio XI. per Breve, quod incipit: *Unigeniti DEI Filii*. 318
Indulgentiæ Coronarum, & Crucum Jeroſolymitanarum, & Caravaccenſium declarantur ab Innocentio XIII. per Decretum: *Nuper Sacræ*. ibid.
Libri ex Bibliotheca. Bulla S. Pii V. quæ incipit: *Cùm ſicut accepimus*, prohibentis libros extrahi ex Bibliothecis Franciſcanorum. 319
Litteræ Pœnitentiariæ poſſunt aperiri à Lectoribus Jubilatis Ordinis Seraphici ex Bulla Innocentii XI. *Exponi nobis*. ibid.
Matrimonium Clandeſtinum. Breve Urbani VIII. ad Archi-Epiſcopum Colonienſem ſuprà quibuſdam dubiis de Matrimonio Clandeſtino. 320
Miſſæ Defunctorum. Decretum de non celebrandis Miſſis privatis pro Defunctis in feſtis duplicibus, editum ab Alexandro VII. 320
Miſſa in Eccleſiis Regularium. Conſtitutio Leonis X. declarantis, Miſſam audientes in Eccleſiis Fratrum Mendicantium diebus Dominicis, & feſtis ſatisfacere præcepto Eccleſiæ. ibid.
Miſſa in Oratoriis Privatis. Decretum Clementis XI. De Miſſæ Celebratione in Oratoriis privatis. 321
Parochus. Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper applicatione Sacrificii à Parochis. ibid.
Privilegiorum communicatio, facta tribus Ordinibus S. P. N. Franciſci à Clemente VII. Bulla. *Dum fructus uberes*. 322
Privilegiorum Confirmatio facta tribus Ordinibus S. P. N. Franciſci à Clemente VIII. Bulla. *Ratio Paſtoralis*. ibid.
Privilegiorum conceſſio Societati JESU à Paulo III. Bulla: *Cùm inter cunctas*. 324
Privilegiorum Declaratio, facta à Clemente X. Bulla: *Superna magni*. ibid.
Privilegiorum vivæ vocis oraculo conceſſorum revocatio facta ab Urbano VIII. Bulla: *Aliàs felic. Record.* 326
Profeſſio fidei Catholicæ. Bulla Pii IV. continens formam Juramenti Profeſſionis Orthodoxæ fidei. 327
Propoſitiones damnatæ ab Alexandro VIII. 328
Propoſitiones Bajanæ primitùs damnatæ à S. Pio V. Papa. 329
Propoſitiones Janſenianæ damnatæ ab Innocentio X. Alexandro VII. & Clemente XI. 331
Propoſitiones Queſnellianæ damnatæ à Clemente XI. per Bullam: *Unigenitus*. 333
Prohibitio Theſis de uſu ſcientiæ ex confeſſione acquiſitæ. 336
Decreta Generalia pro Reformatione Regularium. ibid.
Decretum Clementis VIII. Super Receptione, & educatione novitiorum Religioſorum. 338
Decretum S. Congregationis contra Tertiarios portantes habitum Franciſcanum. 340
Tertiariorum Indulgentiæ conceſſæ à Clemente V. ibid.
Item conceſſæ ab Innocentio XI. 341
Indulgentiæ conceſſæ Franciſcanis docentibus Doctrinam Chriſtianam. ibid.
Indulgentiarum, & Privilegiorum Franciſcanis conceſſorum communicatio, & confirmatio. 392

SUP-

SUPPLEMENTUM THEOLOGIÆ MORALIS SACRAMENTALIS

R. P. F. PATRITII SPORER

Paſſavienſis, Ord. Frat. Min. Recollect. Provinciæ Argentinæ, SS. Theol. Lectoris Jubilati.

SUpplementum hoc continet in ſe tria Capita: Primum erit de Sacramento Baptiſmi. Secundum erit de Sacramentis Confirmationis, & Extremæ Unctionis. Tertium erit de Indulgentiis, & Jubilæo. Acceſſit duplex *Appendix*, videlicet *Centifolia*, continens centum Aſſertiones ex Theologia Scholaſtica, & Polemica Selectas, breviter probatas, & ab Objectionibus defenſas; & *Alphabetica*, continens Bullas, & Conſtitutiones Pontificias per extenſum poſitas, & in noſtris Supplementis Theologiæ Moralis hinc inde citatas.

CAPUT PRIMUM. DE SACRAMENTO BAPTISMI.

CElebris apud Sanctos Patres, & Theologos eſt diviſio Baptiſmi in Baptiſmum *Fluminis, ſeu Aquæ, Flaminis, & ſanguinis*. Baptiſmus fluminis eſt Baptiſmus in re ſuſceptus: Baptiſmus flaminis eſt Baptiſmus in Voto: Baptiſmus denique Sanguinis eſt Martyrium. De primo dicitur *Joann.* 3. *Venit JESUS, & Diſcipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat*. De ſecundo legitur *Actorum* 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non poſt multos hos dies*. De tertio dicitur *Marci* 10. *Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibo, aut Baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?* Quia verò ſolus Baptiſmus Fluminis eſt Sacramentum: ideò de ſolo Baptiſmo Fluminis agemus in primis tribus Sectionibus hujus Capitis; De reliquis duobus in ultima Sectione hujus Capitis dicemus, quæ ſcire oportebit. Sit itaque in Nomine Domini.

SECTIO I.

De Sacramenti Baptiſmi Inſtitutione, Materia, & Forma.

QUÆSTIO I.

Quid ſit Baptiſmus, & quando inſtitutus?

SUMMARIUM.

1 *Baptiſmus eſt verum novæ Legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.*

2 & 3 *Explicatur definitio Baptiſmi, videlicet, quod ſit Sacramentum ablutionis Animæ à peccato &c.*
4 *Chriſtus inſtituit Sacramentum Baptiſmi ante ſuam Mortem:*
5 *Quamvis certum inſtitutionis ejus tempus non poſſit aſſignari ex Sacra Scriptura.*

ASSERTIO I.

B*Aptiſmus eſt Sacramentum ablutionis Animæ à peccato, conſiſtens in ablutione Hominis aliqualiter conſentientis,* 1
facta in aqua ab alio abluente, & in verbis certis, ſimul ab eodem abluente, cum debita intentione prolatis. Baptiſmum Chriſtus inſtituit ante ſuam mortem: quamvis certum inſtitutionis tempus aſſignari non poſſit. Ita Doctor noſter Subtilis *in* 4. *d.* 3. *quæſt*, 1. Maſtrius *Theol. Moral. diſp.* 17. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *n.* 3. & alii.

§. I. Baptiſmus eſt Sacramentum.

CErtum eſt apud Catholicos, ac etiam Hæreticos noſtri temporis, Baptiſmum eſſe verum novæ Legis 2
Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum. Patet hæc orthodoxa veritas ex Sacra Scriptura. *Joann.* 3. *Niſi quis renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum DEI, & Marci* 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit*; per quæ verba, innuuntur *tria* ad Sacramentum novæ Legis requiſita, videlicet *Signum ſenſibile*, nimirùm baptizatio, ſeu ablutio, *Chriſti inſtitutio, & Gratia ſanctificantis collatio*. Eadem veritas definita eſt in *Concilio Florentino, in Decreto unionis Latinorum, & Armenorum, & in Conc. Trident. ſeſſ.* 7. *Can.* 1. *de Sacramentis in genere*; eſtque roborata infinita, propemodum Sanctorum Patrum auctoritate. Et quidem Baptiſmus eſt *primum novæ Legis Sacram.* primitate Inſtitutionis, & neceſſitatis, ut docet Concilium Florentinum cit. his verbis; *Primum omnium Sacrament., locum tenet Baptiſmus, quod vita Spiritualis janua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, & de Corpore efficimur*

M 3 *mur*